



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Cedere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

CÆCITAS. CELATIO. CENSURA.

lo fine. Appetere autem cathedram pontificalem, secundum Tho. quolib. 3. q. 4. a. 1. nō licet, quia cathedra pontificalis requirit charitatem excellētem, quam nullus scit se habere. sicut scientiam, idē non est simile de appetitu cathedrae pontificalis. Cēcord. Aug. qui dicit loc⁹ superior, sine quo populus Dei regi nō potest, & si admīnistretur ut decet, indeenter tamē appetitur. Hoc idem Panormitan⁹ in c. eūm in cunctis. de elec̄tione. & gloss. in clementin. 2. de magistris. An liceat recusare iniunctam, infra, Episcopus. §. primo.

2 P R A B L A T I O N E M appetere nō licet secundum Thom. quol. 1. q. 6. a. 1. vbi dicitur, quod qui hanc appetit, aut est superbus, aut iniustus. Et quoli. 5. q. 9. arg. 2. in fin. sic cōcludit, quia difficile est purgatum se quemlibet posse agnoscer. Et secunda secundā. q. 18. 5. argu. 1. & 2. cōcludit, quod est illicium, & p̄sumptuolum, et quod videretur peccatum mortale hoc appetere vel aliquid facere ad hoc. Concord. Pan. in c. per vestras, de iure patron. & dicit ibi Pa. quod non est idē de beneficio simplici. Vide suprā, Beneficiū. §. 16. vsque ad 39. infra, Di- gnitas §. 3. ibi enim diffusē de hoc dicemus.

CÆCITAS.

CÆCITAS mentis, secundū Th. secunda secundā. q. 15. est mortale peccatum, quando homo non vult intelligere necessaria ad salutem, ut liberiū possit malē agere, sine scrupulo & remorsū cōscientiæ. Secundō, quando ita occupatur in delectationibus Venereis, vel alijs, quod omittit necessariam occupationem, quam Deo tenetur exhibere, ut audire missam in festo, & huiusmodi. arg. d. 38. c. qui ea. Cæcitas mentis, luxuria filia à Gregorio dicitur, sicut hebetudo sensus, gula, de quibus in locis suis infra dicetur.

CEDERE.

CEDERE bonis, debet nō valens creditorib⁹ suis satisfacere, & talis cessio ei ad tria valebit. Primo, ne

incarceretur. Pa. in c. Odoardus. de solutio. suprā, Carcer. §. 4. Secundō, ne excommunicetur: & si erat excommunicat⁹, absoluatur, recepta debita catione de soluendo, si ad pinguiorem fortunam venerit. d. ca. Odoardus. Tertiō, quod non condemnetur, nisi inquantum facere potest, habita ratione ne egeat. Non enim fraudandus est quotidianis alimentis, ff. de te iud. 1. sunt qui in id. Limita hoc, quando non conuenit ratione delicti, quia non haberetur respectus ne egeret, etiam in clero, secundum Panorm. in c. olim nobis. de rest. spol. Et ut valeat, debitum confiteri oportet. Pa. in d. c. Odoar.

C E L A T I O .

C E L A R E peccati alicuius, quod quis indicate teneat, ad correctionem, & penitentiam propter pecuniam, aut gratiā non perdendam, seu ob consanguinitatē, vel huiusmodi, est simonia. vt in c. nemo. de simonia. saltem quod ad punitiouē, & mortaliter peccat, quia contra charitatem agit, proximi salutem minus quam pecuniam, vel temporalem gratiam existimans. Non est tamen propriē simonia, secundum Inno. sed ut simoniatus talis venit puniendus.

C E N S U R A .

C E N S U R A ecclesiastica nominat interdictum, excommunicationem, & suspensionem, vt in c. querenti. de verb. lig. Irregularitas vero quādam indecentiam, sive inhabilitatē dicit, infra, irregularitas. §. 1. Censura etiam ecclesiastica disciplinæ neruus appellatur, secundum Pa. c. cum inter de cons. no. 2.

C E N S U S .

C E N S U S est quādam pensio, quæ de prouerbis soluitur. 1. q. 3. c. quālitat⁹. sive quod annuālū soluitur in quantitate, vel summa. ff. de censi. latitatem. & est duplex, videlicet, publicus, & priuatus.

2 Q uod i habet ius in quacunque re, in illa censum imponere potest. Institu. de vsu fruct. §. sine testamento. Ecclesijs autem nouos census imponere, vel

